



Gram. libro primo.

**B**essus magna corporis fortitudine præditus fuit, ac apud Septentrionales Teutonas res plurimas egregie perfecit, anno 2850. Itaque Gram rex Danorum eum suis copijs præfecit, atq; bellorum operum socio fretus, plus glorię sua an Bes si uirtute contraxerit incertū reliquit. Hunc Gram adeo dilexit, ut ei uxorem suam Roarij filiam coniugē dederit. Cum itaq; Gram Sistrugi regis Sueonum filiam Giganti cuidam immerito desponsatam ardenter deperiret, Bessus ei adfuit, atque sua uirtute uictoriam Danis acquisiuit, & Gro regis filiam Gramo cōiunxit. Itaq; huius uiri fama apud Septentrionales adhuc in memoria existit. Sax.